



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 55. Concordia duorum Fratrum Saxoniae Ducum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](http://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

statis reum declaravit, & concordiam Sæcul. XV.
cum Marchione recens initam omnino A.C. 1450.
irritam fecit, ceterosque Principes in eum
commovit, quem penitus oppressum con-
tinuo odio persecuti sunt.

§. LV.

*Concordia duorum Fratrum Saxoniæ
Ducum.*

Felicior concordia hoc eodem anno e-
recta est duos inter fratres, Frideri-
cum, & Guilielmum Saxoniæ Duces.
Hos inter diuturna æque ac cruenta ex-
actere dissidia ob paternam hæreditatem;
hanc quoque discordiam perfidi qui-
dam alebant Aulici, eamque in rem suam
vertebant. Fridericus, cum præcipuus
hujus dissensionis Auctor occasione Ju-
bilæi Romam petiisset, ejus absentia op-
portune usus, Fratrem suum missis nun-
cii ad se accivit, ut de pace, ac mutua
animorum concordia cum eo ageret.
Annuit Guilielmus, atque equo confessim
conscenso Fratrem suum natu majorem
adire paravit, spretis suorum consiliis, qui
ad Ducem retrahendum ei suggerebant,
Fratri sui verba dolis plena, atque ideo
structas esse ipsi in via insidias. *Ait ego,*
repositus Dux, libens moriar, si vos prius
necatos videro, qui fraternalis altercationes
fouetis. Ducis consilio optatus respon-
dit

Sæcul. XV. dit eventus; pax enim composita, ami-
A.C. 1451. citia utrinque redintegrata, atque ad ex-
terminandos litium, ac discordiarum au-
ctores fides mutuo data.

§. LVI.

*Ladislaus electus Bohemiæ Rex &
Cæsare detentus.*

Ann. 1451. Supra memoravimus, quod Bohemi La-
dislaum puerum antea Hungariæ Re-
gem in suum quoque Principem elegerint;
hinc jam Fridericum Cæsarem instanter
urgebant, ut ipsorum Regem jam duo-
dennem dimitteret, quo suis libere domi-
nari posset. Ast Cæsar sive Ladislaus
ob ætatis imbecillitatem sceptri regendi
impotem crederet, sive demum tenerum
hunc Principem Bohemiæ nationis leviti-
tati, ac inconstantiae committere diffide-
ret, saepe petitum, semperque denegatum
apud se detinuit. Hac repulsa Bohemi,
quibus insuper haud ignotum erat, Cæ-
sarem decreuisse, Ladislaum secum in I-
taliam ducere, quo coronæ Imperialis
sumendæ caussa sese conferre parabat, a-
deo ad iram concitati fuere, ut genera-
lem Regni conventum indicerent, quo a-
lium sibi Regem eligere meditabantur.

Æn. Sylv. hist. Boh. c. 58. Fridericus his motus Legatos ad illos de-
crevit, Æneam Sylvium Senensem Epis-
copum, & Procopium Rabensteinum E-
Epist. 130. quitem